



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Monasticum

In Quo Totius Religiosæ disciplinæ Casus, Regulæ & difficultates clarè videntur, breviter explicantur & resolvuntur Canone, rationibus & Patrum auctoritatibus

Philippus <a Domina Nostra Septem Dolorum>

Augustæ Vindellicorum, 1688

Cap. XXXV. De privilegiis & potestate regularium in genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40761



CAPUT XXXV.

De privilegiis, & potestate regularium in genere.

SUMMARIUM.

- I. *Quid sit privilegium, & quotuplex.*
- II. *Ad valorem privilegij quid requiratur.*
- III. *A quo, & quomodo debent interpretari privilegia.*
- IV. *An sint quadam privilegia regularium in corpore juris.*
- V. *Quomodo cessent privilegia regularibus concessa.*
- VI. *Quid importent haec verba, motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.*
- VII. *An omnes regulares communicent in privilegiis.*
- VIII. *An regulares possint renunciare suis privilegiis.*

k 2

IX. An

CA

- IX. *An privilegia amittantur prescriptione.*
- X. *Quomodo revocari possunt privilegia regularium.*
- XI. *Qui dicantur Pralati in religione.*
- XII. *An possint limitare, restringere, & usum tollere suis subditis privilegiorum à Papa eis concessorum.*
- XIII. *An possint benedicere Ecclesie ornamenta.*
- XIV. *An possint dispensare subditos in præceptis Ecclesiasticis, & applicare aliis illorum bona opera.*
- XV. *An teneantur Pralati ad vitam communem.*
- XVI. *An possint bona Monasterij per se ipsos administrare.*
- XVII. *An sint exempti à servitio chori.*
- XVIII. *An possint sibi eligere Confessorem quem voluerint.*
- XIX. *An possint eximere subditum obedientia sui Pralati immediati.*
- XX. *An teneantur procurare studia & instituere.*
- XXI. *An*

XXI.

XXII.

XXIII.

XXIV.

XXV.



ana verbo
12. n. 3. B
dicit, quoc
aliquid spe
lex, sed
est ad mod
debet privi
ati voluerit
dens, quia
tur vel gra
conceditur

- XXI. *An possint dispensare in legibus & pœnis latis.*
- XXII. *An possint condere statuta perpetua.*
- XXIII. *An possint commutare legata ad unum usum in alium.*
- XXIV. *An possint transferre subditos ab uno ad alium locum.*
- XXV. *An possint concedere facultatem legendi libros prohibitos.*

PRIVILEGIUM est lex privata, aliquod speciale beneficium concedens, in favorem alicujus. *Cap. privilegia, dist. 3. D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 1. Sylvester in Summa. Lezana verbo privilegia n. 2. Bordonus resolutione 12. n. 3. Bonacina disp. 1. q. 3. punct. 1. num. 1.* dicit, quod privilegium est lex, qua conceditur aliquid speciale, non quia privilegium proprie est lex, sed quia, quamdiu durat, observandum est ad modum legis; communitas enim servare debet privilegium illi, cui conceditur, dum eo non voluerit. Dicitur, aliquid speciale concedens, quia in privilegio aliquis favor conceditur vel gratia, quæ jure communi omnibus non conceditur, alioquin frustratorium esset, & inutile,

k 3

utile, nisi aliquid speciale concederetur. *Cap. in his, de privilegiis.* ita ut ad alias personas & loca extendi non posset. *Layman. lib. 1. cap. 23. n. 1. de legibus tract. 4.*

Privilegium est multiplex: Aliud scriptum, quod non solum ore pronunciat a concedente, sed quod scriptura exprimitur: aliud non scriptum, quod conceditur absq; scriptura a Superiore immediatè, vel quod per consuetudinem acquiritur, quatenus Superior media consuetudine tale privilegium confert. *Bonacina sup. n. 3.* Aliud est reale, quod immediatè conceditur alicui rei, loco, dignitati, officio, Ecclesie, Religioni, monasterio, ut, v. g. privilegium sepeliendi mortuos tempore interdicti, dispensandi, absolvendi, &c. Aliud personale seu speciale, quod immediatè conceditur alicui personae ratione sui. Differunt autem inter se reale & personale. *I.* Eo, quod reale conceditur quidem personis, non tamen ratione sui, neq; earum intuitu, sed habito respectu ad locum, dignitatem, officium, Ecclesiam, &c. Personale conceditur præcise ratione personae. *II.* Reale transit à persona ad personam sequendo rem, officium, &c. cum quibus conjunctum manet, & tam diu durat, quam diu durat res, locus, Ecclesia, &c. quibus concessum fuit. Personale verò personam ita sequitur, ut cum ipsa extinguitur. *III.* Reale immediatè respicit bonum commune, personale respicit bonum privatum personae. *IV.* Reale, quando

& commune toti collegio aut religioni, illi sin-
 gularim nullus renuntiare potest. *Cap. si diligen-*
ter. de foro compet. Rodericus tom. 1. q. 59. art. 9.
 personali verò quilibet sui juris & dominus re-
 nunciare potest. *Cap. periculosum, 8. 7. q. 1. de*
erro. s. de privileg. cap. ad Apostolicam, 16. cap.
latvianus, 23. de regul. V. Reale dirigitur ad cor-
 pus commune, nulla facta expressa mentione
 personarum, quæ illo uti debent; personale ve-
 ro dirigitur ad personas in individuo expressas
 nomine proprio. Ita docent, *Bonacina sup. Bor-*
donus sup. n. 11. & seqq. Layman. citat. à num. 2.
Thomius verbo privilegium. Lezana verbo pri-
vil. num. 4. Præterea in dubio, an sit reale vel
 personale, judicandum est esse reale, si sit purè
 honorabile: personale verò si sit odiosum, præ-
 sumptum aut contra jus commune. Item aliud est
 honorabile, quod præjudicat juri alicui, sive com-
 muni, sive speciali, aut alicui tertio; aliud favo-
 rabile, quod ita favet privilegiato, ut nulli tertio
 præjudicet, neq; juri. Insuper aliud est gratio-
 sum, quod conceditur ex mera liberalitate sine
 ullo ordine ad meritum privilegiati: aliud est
 remuneratorium, quod datur intuitu alicujus
 meriti. *Bonacina sup. punct. 1. n. 8.* Deniq; aliud
 est insertum in corpore Juris Canonici, & aliud
 est extra corpus Juris: utrumq; coram Deo ean-
 dem vim habet: differunt tamen, quia insertum
 in corpore Juris est quasi lex publica, omnes ob-
 ligans ad sui conservationem; extra corpus Juris
 est

contentum non obligat, nisi post authenticam exhibitionem & justificatam. Item differunt, quia inserta in corpore Juris non revocantur, nisi fiat specialis mentio de illis: Extra verò posita revocantur per quamcunq; generalem revocationem. *Portellus cit. n. 7.*

II. Ad valorem cujuscunque privilegij pro foro conscientiae sufficiunt viva vocis oracula concessa, quia in foro animae cuique creditur pro se, & contra se, *cap. significasti. 18. de homicid. ubi Gloss. reddit rationem, quia nemo praesumitur immemor propriae conscientiae ex cap. sanctimus. 25. 1. q. 7. & confirmatur cap. institutum. 7. 25. q. 2. ubi dicitur, servanda esse decreta privilegij, seu ordinatione disposita, seu scripto, seu sola Pontificis praesentia, hoc est, ore tenens concessa, ibi Gloss. & in Clement. dudum de sepulturis, vers. verbo ad finem, sic concessit Leo X. & Julius I. Bulla 22. in Bullar. Rodriguez Augustinianis indulget, ut quibuscunque privilegij coram tam in iudicio, quam extra, fides adhiberetur, modo essent signata manu, vel alicujus Notarij, vel Generalis Ordinis sigillo firmata, ac si essent plumbis signata. *Lezana cit. verbo privilegia n. 7. & Burdon. supra n. 52. pro foro tamen externo necessesse est, ut in scriptis sit redactum privilegium, quia in foro externo nulli creditur sine probatione, Glossa, verbo. qualiter. cap. tuanos, de spualibus. cap. accepimus. 4. de privileg. cap. cum persona. 7. eod. tit. in 6. Rodericus tom. 1. q. 11. et.**

Probantur autem sufficienter per libros im-
 pressos authorum probatorum, qui ea exceperunt
 ex originali. Nota autem, privilegia ore-
 nas concessa, olim ante 20. Decembris 1631.
 oblata fuisse ab Urbano VIII. ac proinde non
 valere amplius. *Bordonus supra n. 53.* Nota e-
 tiam, quod regulares in casibus occurrentibus
 non tenentur probare privilegia, quæ sunt Juri
 publica, quia hæc sunt publica & manifesta, &
 consequenter non egent probatione. *arg. cap. de
 manifesta 17. 2. q. 1. l. si verò §. 1. ff. qui satisfac. cog.
 Baldricus tom 1. q. 59. art. 6.* Alia verò extra
 præsumi possint ignota, & sint quid fa-
 cta egent probatione. *Portellus, verbo exemptio.*
 Quando de exemptione ab Episcopo & foro
 locali, à tributis, gabellis, &c. dicit rem hanc a-
 ctio esse notam, ut supervacaneum sit de hac re
 quodquam tractare. *Bordon. sup. n. 55.*

III. Interpretatio privilegiorum Sedis A-
 postolice, licet spectet ad eum, scilicet Papam,
 cui ea concessit. *cap. cum venissent, de judic. &
 inter alia, de sent. excom. & l. si imperialis
 Magister. l. leges sacratissima. Cod. de legibus. l. non
 derogatur. ff. eod.* Hoc tamen intelligendum est
 de interpretatione judiciali, quæ de jure ad so-
 lum Papam spectat, & sic intelliguntur verba ap-
 plicata in constitutionibus summorum Pontifi-
 cum, quando dicitur, quod *nemini liceat ipsas ali-
 ter interpretari.* non verò de interpretatione, &
 declaratione doctrinali, & magistrali, quæ bene
 fieri

fieri potest à religionum Prælatiſ, & tali eorum interpretationi poſſunt ſtare ſubditi tuta conſcientia. *Rodericus tom. 1. qq. regular. q. 11. art. 1. Peyrinis tom. 1. privilegiorum. in conſtitutione 13. Julij II. §. 1. n. 1. Lezana verbo privilegia. n. 11.*

Interpretatio debet fieri proprie juxta verborum proprietatem, niſi ratio, vel neceſſitas cogat; ita enim colligitur ex *l. non aliter. ff. de legatis. 3.* & aliis juribus, & ex ratione, nempe quod homines regulariter loquuntur juxta proprietatem verborum, niſi certior ſit conjeſtura legiſlatorem loquutum non fuiſſe juxta verborum proprietatem, dicta *l. non aliter* & in *l. conpater. §. dulciſſimis. ff. de legib. 2. Layman. lib. 1. cap. 18. n. 6.* vel, niſi ſignificatio propria verborum abſurditatem contineat, aut lex ſecundum propriam verborum acceptionem deroget antiquioribus juribus, aut denique, niſi recepta legum conſuetudo eam aliter explicet, optima enim legum interpres eſt conſuetudo. *l. 27. ff. de legibus. Lezana verbo leges. n. 32.* Debet etiam interpretatio fieri generaliter, ita ut omnes comprehendat, privilegium quando loquitur generaliter, & ſecundum mentem, & intentionem concedentis; quia mens, ratio, & intentio concedentis eſt anima privilegij, & veluti ſpiritus à quo regulatur. Debet item ita interpretari, ut nullum ipſius privilegij verbum credatur otioſum aut inutile, ſed aliquid operari. *cap. in iii 30. in fine de privileg. & cap. ſi civitas, de ſent. excom.*

Insuper privilegia regularium late sunt interpretanda, quia Papa illa sic explicat. *cap. quia* 22. *de privileg.* & in favorem ipsorum regularium; nec ita rigorosè, ut servandi sint apertè, sed potius amplianda ex bono & æquo, applicanda ad modum legis, sive sint inserta in corpore, sive extra jus commune. *Bordone* ff. de leg. 2. §. 2. *de leg. 2. §. 2.*

Regulares habent multa privilegia inserta in corpore juris, ut ex *Greg. IX. cap. nimis*, & *de excessib. prelat.* & *cap. nimis*, 17. *cap. plan-* *de privil. §. in Ecclesiis*. in quibus capitibus præterantur varia gravamina, à quibus ut ab-
 præcipit Episcopis, aliisque Prælatibus; & *cap. ut privileg.* 24. *eod. tit.* & *cap. qui-* *cap. in iis*. 30. & *cap. licet*. 18. *de re-* *cap. ex parte* 10. *de decimis non sol-* *cap. commissum*. 4. *cap. nuper*. 34. *de* *cap. statuto*. 2. *de decimis*. num. 6. Item *cap. in nostra*, 10. & *Clement. du-* *de sepulchris*. Item pro privilegio prædi-
 & confessiones secularium audiendi. *cap. de rebus* 5. *de relig.* & sunt multa alia pri-
 que brevitate causa omitto, relata apud *de rebus* sup. n. 43. Hujusmodi autem privi-
 in corpore juris inserta, ut jam diximus, tolluntur per clausulam, *non obstantibus pri-* *quis quibuscunque*, sed ad illorum derogatio-
 requiritur clausula derogatoria juris com-
 munis,

munis, & hoc nemine contradicente. *Rodericus tom. 1. q. 59. art. 2. initio. Bartholus in l. 2. §. legatus. ff. de iudic.*

V. Cessant privilegia regularibus concessa si fuerint conditionata cessante conditione mens enim concedentis illa solum fuit dependenter ab illa conditione. *Portellus verbo cessatio privilegij.* Cessant item, si concessa sunt tempore aliquo, illo elapso. Cessant item totali, propter quam concessa sunt, cessante causa cum cessante. *de appellat.* ubi dicitur, quod cessat effectus. Cessant item, quando importatur gratiam faciendam morte concedentis, si non executi aut inchoata executio privilegij. Cessant item per renunciationem ipsorum, quibus enim potest suo privilegio renunciare. *Cap. terra. & cap. accedentibus de privileg. cap. ad apostolicam, de regularib. l. si quis in conscribendo. de pactis. Bonacina sup. q. 3. punct. 8. §. 4.* Hoc verò est verum in privilegiis, privatis personis concessis, nam privilegia Communitati concessa renunciari non possunt à particularibus Religiosis, quia privilegium totius Ordinis, non est proprium unius Religiosi, neq; unius Provinciae, proinde illi renunciare non possunt: Imò quod quid dicat *Portellus*, nec Capitulum generale potest renunciare privilegiis suae Religionis concessis, nisi essent illi inutilia aut indifferentia quia renunciatio est quaedam alienatio bonorum.

prohibita regularibus, & privilegia sunt
 bona Religionis. Cessant quoque, quo-
 supreptitiè vel obreptitiè sunt obten-
 Cessant etiam per non usum, vel per usum
 tantarium, vel per illorum abusum, vel per re-
 uationem illorum, ut de his omnibus videre
Lezan. verbo privilegia regular. à n. 15.
 Na sunt p
 mple differitur de hac materia, quam bre-
 item cau
 s causa ad lectorem curiosum remitto.
 Privilegium concessum sub his clausulis,
proprio, & certa scientia, & de plenitudine
 , multum operatur; non enim solùm
 mat vetus privilegium, non obstante po-
 re derogante, sed etiam habet vim novæ
 tutionis seu concessionis, etiam aliis privi-
 are. *Cap. 1*
 ad op
 scribenda. *Cap. 1*
 . §. 4. Hoc
 tis perfe
 ati conce
 us Relig
 non est pri
 ovincia, &
 : Imò quid
 im generale
 gioni con
 differentia
 atio bono-
 rum

VII. Omnes

VII. Omnes regulares invicem communicant privilegia; quod alia ratione probari non potest, quam legendo summorum Pontificum Bullas, & mare magnum cujuscunque Religionis, in quibus omnes indulgentia, favores & privilegia uni Religioni concessa, aliis omnibus huiusmodi in eisdem verbis & terminis conceduntur, & expressè, quod omnes inter se communicent sine ulla prorsus differentia, apud *Lezanam in mare magno cujuscunque Religionis. n. 52. tom. 3.* Sunt tamen in aliquibus quaedam privilegia, quae non sunt communicabilia aliis, & illa per novas confirmationes, sub quibuscunque clausulis expressas remanent incommunicabilia, nisi exprimitur, quod nullibi reperitur expressum. *Bordani sub. n. 66. & seqq.* Poenae verò non communicantur, quia bonum, cum sit sui ipsius diffusivum, communicabile est, poenae autem habent rationem alicujus mali, ergo non communicantur; iudicia enim sunt restringenda; sicut docet *Radencus tom. 1. q. 55. art. 17. ad finem.* ideo poenae contenta in privilegio unius Ordinis, cui primo concessum fuit, non extenditur ad alios Religiosos alterius Ordinis privilegium communicantes.

Sub communicatione vero privilegiorum veniunt non solum concessa, sed & imposterum concedenda, ut ex ipsis bullis colligitur.

VIII. Non obstantibus superius dictis. §. sequenti. num. 5. hujus capituli, regulares possunt remanere

de suis privilegiis, modò in illorum renuntia-
 re non præjudicent Sedi Apostolicæ, vel ali-
 quæ. *cap. fide terra 6. c. 1. de pactis. in 6. c. ac-*
cessibus 15. de privil. c. quam periculosum. 6. q.
cap. ad Apostolicam. cap. statumus. Ratio est,
 sicut voluntariè ea acceptarunt, & non co-
 actè, ita & liberè eis possunt renuntiare: tum,
 in privilegiis censetur hæc clausula adjecta
 (si uti voluerit) hæc autem, ut supra dixi-
 mus, non spectat ad Religiosos privatos, quia
 illi potest renuntiare in præjudicium com-
 munitatis: Est ergo facienda à Capitulo gene-
 rali pro toto Ordine, vel Capitulo provinciali
 in Provincia, vel à Superiore locali cum suo
 conventu pro tali loco, per *cap. 1. de pactis, in 6.*
cap. Portellum. n. 52. qui hoc negat pro provin-
 cia. Debet autem acceptari ab eo, qui privile-
 gium concessit, res enim, per quas causas nasci-
 untur, per eandem dissolvitur, & ita docent omnes
 Auctores de privilegiis in genere, quæ etiam
 in privilegiis regularium: & nota,
 quando regulares renunciaverunt alicui
 privilegio, non possunt ad idem privilegium ab-
 iterum redire. *Cap. quam periculosum. 8. 7. q. 1.*
 IX. Regulares præscriptione temporis, præ-
 scripto usu contrario, vel non usu privativo,
 in 40. annorum, de jure communi perdunt
 privilegia. *Cap. Volumus. 2. 16. q. 4. Gratian.*
cap. placuit. 15. 16. q. 3. §. hæc de præscriptioni-
bus in specie de privilegiis. Cap. accedentibus.

Jure

Jure verò privilegij non nisi spatio annorum sexaginta ex privilegio Eugenij IV. Imo non nisi spatio centum annorum, ut concessit Benedictinis Paulus III. Per illud ergo spatium centum annorum perdunt regulares sua privilegia, quia tempus illud involvit negligentiam & abusum privilegij; unde ratio dicitur mereri illa perdere, per non usum verò negativum nequaquam illa perdunt præscriptione, cum per hunc actum negativum non utentes excusabiles sunt à quacumque culpa, & defectu, præscriptio enim non currit contra non valentem agere, neque ignorantem jus suum. *l. absentia. ff. de regul. juris. l. 1. C. quæ admitti. Bordon. sup. n. 122. & 123.*

X. Duobus modis revocantur privilegia, expressè & tacitè; Expressè, cum per verba expressa & clara dicitur, revocamus, annullamus, & similia, & ista revocatio expressa potest esse vel specialis, vel generalis: specialis, quando aliquod privilegium speciale & nominatum revocatur; generalis, quando non specificatur aliquod privilegium speciale, sed in genere & in communiter revocat omnia privilegia & indulta per verba *non obstantibus quibuscumque privilegiis.* & illa non obstantia sufficit ad derogationem cujuscumque privilegij præteriti, nisi fuerit insertum in corpore juris: tunc enim, cum sit lex publica, majori & clariori indiget revocatione, quam illa generali, & proinde debet illi adjungi clausula (non obstante jure communi,) vel alia similis, vel fieri aliqua a

de illis mentio. Tacita revocatio illa est, si sit non verbis expressis à concedente, sed aliquem actum omnino contrarium privilegij, tunc enim per illum actum contrarium satis tollere privilegium alias per illum con-

Quando revocatur privilegium per legem generalem, ut habeat suum effectum, debet publicari, quia talis revocatio fundatur in lege, & hoc de substantia legis est, ut sit promulgata, hoc sufficit una publicatio in curia vel loco destinato: Ita tamen, ut pervenire possit ad notitiam privilegiatorum, aut publicam notitiam, quod contingit extra curiam saltem post quosdam menses. Revocatio verò facta ab homine privati alicujus privilegij non habet effectum, nequam specialiter intimetur privilegiato, ita ut ejus notitiam perveniat. *Sylvester in Summa verbo gratia, q. 2. Layman. lib. 1. tract. 4. cap. de legibus. n. 26. & 27. Bordonus sup. n. 126.*

XI. Cum verò omnia supradicta Prælatos regularium tangant potius, quàm inferiores, videndum, quinam sint, & vocentur Prælati, & quomodo possint. Ideò dico Prælatorum nomine privilegiis intelligi Generales, Provinciales, & dicuntur Supremi, Priores seu Guardiani, & omnesq; Conventuum Superiores, quovis nomine nuncupati, seu Vicarij, qui nullum alium in Conventu superiorem habent, &

omnes isti supradicti verè dicuntur Prælati, & habent jurisdictionem quasi Episcopalem in subditos spirituales ei ordinariam, & dominantivam, quia spiritualis jurisdictio saltem de jure Ecclesiastico, & à summis Pontificibus derivata, illis convenit, eo enim ipso, quod Religiosos ab Episcoporum jurisdictione ordinaria exemperunt, illam Prælati ipsorum concessisse censetur. *Suarez 4. tom. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 1.* Imò hæc jurisdictio ordinaria est, & non delegata, eo, quod competit ipsis virtute legis vel consuetudinis, non autem ex commissione legitimi temporali, & hoc est communiter receptum. *Clement. I. de rebus Eccles. non alienand. verbo proprij, & cap. Abbatis de privileg. in 6. & ratio est, quia, cum prædicti non subdantur Episcopis, sed immediatè Papæ, loco ipsorum succedunt quoad regimen suorum subditorum, ac proinde habent jurisdictionem quasi Episcopalem.*

XII. Possunt igitur Prælati regulares limitare, restringere, imò etiam tollere suis subditis sum cujuscunque privilegij, etiam à Sede Apostolica emanati, ita, ut nequeant talibus privilegiis uti; tum ex concessione summorum Pontificum *Leonis X. facta Augustinianis & Minoribus & Clementis IV. Cisterciensibus, & Gregor. XIII. Societati Jesu.* tum etiam ratione, quia non est credendum, ullo modo voluisse summos Pontifices Religiosæ Observantiæ maximopere zelatores, ut Religiosi inferiores suis privilegiis uti possint con-

lari, & in sub-
minati-
de jure
erivate,
ios ab
exeme-
cenle-
2, cap. 1.
on dele-
legis vil-
ione fla-
receptum
d. vni-
& ratio
piscopi,
uccedunt
proinde
m.
es limiti-
bditis
Apost-
rivilegi-
ntificum
m & Cle-
II. Sic
t crede-
fices Re-
tores, ut
i possunt
con-

tra suorum Superiorum voluntatem. *Miran-*
Manuali, tom. 2. quest. 43. art. 4. Lezana
1. tom. 1. de obligat. Pralat. & privilegiis ip-
rom. n. 56.

XIII. Possunt Prælati regularium benedi-
cere omnia Ecclesiastica ornamenta & paramen-
ta quibus Chrisma non intervenit, pro suorum
suarum usu tantummodo, ex privilegio *Leonis X.*
Calandinus in compend. verbo benedicere Ecclesia-
ca. § 14. Suarez 4. tom. de relig. tract 8. lib. 2.
cap. 39. a n. 10. Gavantus in thesauro tom. 1.
art. 4. tit 19. n. 22. & hoc possunt etiam Præ-
minores ut Priores; consecrare verò calices,
vas, aut patenas pro Missis celebrandis, nullate-
us possunt Prælati regulares, quia nec jure com-
uni, nec speciali privilegio hoc habent, *Lezana*
cap. n. 57. & 58.

XIV. Dispensare possunt in præceptis Ec-
clesiasticis, stando in jure communi, & secluso
omni privilegio, Prælati regulares cum suis sub-
ditis, sicut Episcopi cum suis, & ea omnia facere
hæc, quæ possunt Episcopi, & ideò cum E-
piscopi possunt cum sibi subditis dispensare in
omnibus casibus, sibi aliàs non prohibitis, ex-
pressè vel ex consuetudine, juxta *Clement. ne Ro-*
mani, de election. cum Gloss. ibi. & cap. unico de
elect. & qual. præficiendorum in 6. ita etiam rati-
onabili de causa possunt idem facere Prælati re-
gulares cum sibi inferioribus, eo, quod habeant,
ut diximus, auctoritatem quasi Episcopalem, &
privi-

privilegia huiusmodi facultatem Prælati regularibus concedentia valent solum ad maiorem declarationem & securitatem.

Possunt etiam Prælati Religionum applicare extraneis bona opera suorum subditorum, illisque tribuere litteras talis communicationis; hocque constat, non tantum ex privilegiis summorum Pontificum, sed iure communi quilibet Prælati, cuiuscunque Congregationis existat, potest hoc facere. *D. Thom. in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. & in addit. in 3. part. q. 26. art. 1. imo secundum multorum opinionem, saltem in aliquo casu possunt huiusmodi bona opera beneficioribus applicare, etiam subditis renuentibus. Sotus in 4. dist. 21. q. 1. art. 4.*

XV. Prælati, qui, in quantum possunt, non curant subditos vivere vita communi absque aliquo peculio, aut vitare proprios & superfluos usus, non sunt in bono statu conscientia, quia hoc requirit votum paupertatis, summiq; Pontifices, & concilia id præcipiunt. *Sylvester verbo religio. 6. q. 7. Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 19. n. 27. Concil. Trid. sess. 25. de regularibus. cap. 1.*

Omnes quoq; Superiores, quicumq; illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemq; obsonio, sive, ut aiunt, eadem pitantia in communi mensa, prima vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur, neq; singulare aliquid, quo privatim quisq; in cibum utatur, ullo modo afferri possit. Si quis in ea re peccaverit, nihil eadie

die alimenti percipiat, nisi panem & aquam.
 Notandum, casus infirmitatis vel debilitatis
 semper esse exceptos, quia jus naturale hoc præ-
 cipiunt ex consuetudine Urbani VIII. n. 26. in 4. tom.
 Bullarum.

Item omnibus Superioribus mandatur, ne
 cellas, sive in claustris, sive alibi, à communi dor-
 mitorio separatas habeant, nudis parietibus, le-
 ctis, & mensa humilibus uniformiq; supellectili,
 sicut decet Religiosos, contenti sint: Possit ta-
 men Generalis alicui ex Superioribus Conven-
 tum, si necessitas id exigit, alteram etiam cel-
 lam concedere. *Lezana sup. n. 77.*

XVI. Habent Prælati Religionum potesta-
 tem administrandi bona temporalia Monaste-
 riorum, unusquisq; secundum sua Statuta; quia
 non habetur in *cap. nullam. 19. q. 2.* quia privati
 Religiosi propter votum paupertatis non pos-
 sunt uti tali facultate, nec tota communitas im-
 mediata; ergo hoc munus incumbit Prælato, ita
 tamen, quod non per seipsos, sed per aliquos ex
 fratribus talis bonorum administratio, & pecu-
 niarum dispensatio fiat, qui curam habeant col-
 legendi, & pecunias conservandi, & de necessa-
 riis, ipso Priore mandante, providendi, cum
 omni charitate, & tanquam boni dispensatores,
 de qui singulis mensibus accepti, & expensi ratio-
 nem reddere teneantur Superiori Locali, & aliis
 ad hoc, per cujusq; Religionis Statuta, deputatis
 & assignatis. *Lezana supra n. 13. & 74. & 75.*

13

XVII. Præ-

XVII. Prælati debent facere sub peccato mortali, ut officium divinum, horis debitis, & statutis temporibus, ritè perfolvatur in omnibus Conventibus: nullusq; ipsorum, sub quocunq; pretexto privilegij, aut superioritatis, etiam generalatus, à servitio Chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprij officij munere actu fuerit occupatus. Hæc sunt ipsamet verba Decreti *Urbani VIII. sup. citati.* Adjungitur tamen, quod cum Lectoribus & Prædicatoribus Prælati possunt dispensare, iis tantum diebus, quibus eos legere aut prædicare contigerit: idem possunt cum ægrotis, & studiorum causa legitimè impeditis, cum infirmariis etiam, & Confessariis actu laborantibus, quia ista omnia præponuntur aliis quibuscunque. Cæteris verò negligentibus, aut inobedientibus, præcipitur Superioribus ad præscriptum Regulae, & Constitutionum salutare pœnitentias injungere, alimenti etiam subtractione. *Suarez 4. tom. de relig. tract. 10. lib. 1. cap. 8.*

XVIII. Possunt Prælati regulares sibi Confessarium eligere, quem voluerint, sicut Episcopi & Cardinales. *Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 27. sect. 2. n. 9. & colligitur ex cap. ultimo de penit. & remissionibus.* Imò possunt eligere Confessarium quemcunq; Sacerdotem aliàs idoneum, sive secularem, sive regularem alterius Religionis, nisi illis per proprias Constitutiones hoc prohibeatur: quando verò Prælati eligunt aliquem in

Confessariu
rebatu, n
tum sic eli
vo sua per
om. 1. prizi
XIX. Pr
cles, non p
obedient
mialis ve
bi Apolto
m. 1. &
obervant
m. 1. cas
17. art. q
Suez 4. to
om. 22.
XX. Po
tum procu
judiali
Conciona
tam sint C
proximoru
sub mort
Thomas de
cap. 1. Qui
con Mon
guarum, H
sibi aliter o
Religionis
ibus ac ce

peccato
bitis, &
omnibus
uocung;
iam ge-
muis,
ficij mu-
ipfamet
Adjun-
Prædica-
s tantum
contigi-
udiorum
is etiam,
quia illa
e. Ca-
entibus,
Regula,
as injur-
z. 4. tom.

confessarium, non est necesse, quod sit aliàs ap-
probatus, nisi sit secularis aut alterius Ordinis;
ita sic eligendo approbare videntur saltem
sua persona. *Lezana sup. num. 81. Peyrinis*
tom. 1. privileg. in Constitut. Sixti IV. n. 28.
XIX. Prælati regulares, etiam si sint Gene-
rales, non possunt eximere aliquem Religiosum
ob obedientia sui Prælati immediati, v. g. Pro-
vincialis vel Prioris, quia hoc videtur à simili
Apostolica reservatum in *cap. frater noster.*
cap. 1. & ulterius est contra bonum regimen
obseruantiam Religionum. Sylvester verbo ca-
cap. 1. casu 5. Miranda in Manuali. tom. 2.
cap. 1. art. quamvis oppositum videatur tenere
Barc. 4. tom. de religione tract. 8. lib. 2. cap. 2.
tom. 11.

XX. Possunt, imò tenentur, Prælati regula-
res procurare, ut sui subditi reddantur idonei
per studia litterarum ad audiendas confessiones
& concionandum, quia Religiosi mendicantes,
cum sint Coadjutores Episcoporum, tenentur
proximorum saluti consulere, & hæc obligatio
est sub mortali. *Bannez 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 3.*
Thomas de Jesu. super cap. non dicatis, part. 4.
cap. 1. Quin imò tenentur etiam in studiis suo-
rum Monasteriorum instituire studia trium lin-
guarum, Hebraicæ videlicet, Latinæ, & Græcæ,
quod aliter ordinatum sit per Constitutiones, aut
Religionis Statuta: In majoribus verò Conven-
tibus ac celebrioribus, etiam Arabicæ, per Do-

ctores regulares ejusdem Ordinis, si fieri potest, sin autem per seculares, aut alterius Ordinis regulares, qui illas actu, & diligenter doceant ex Decreto Pauli V. in Bulla Apostolica servatis anno 1610. & ex decreto sacra Congregat. de propaganda fide 11. Aprilis 1625.

XXI. Pralati inferiores non possunt dispensare in legibus latis à suis Superioribus, nisi quando expressè, tacitè, aut interpretativè illis conceditur, ita declaratur in *cap. inferior dist. 21. cap. ne Romani de elect.* in pœnis tamen tatis à superioribus Prælatis, si eas sibi non reserverunt, possunt inferiores Prælati cum sibi subditis dispensare ex justa causa, nam, cum sint Ordinarij Religiosorum, possunt circa illos facere omnia, in quibus non sunt prohibiti, tamen urgente necessitate, & causa rationabili id facere non possunt. *Miranda in manuali tom. 2. q. 36. art. 11.* Superiores verò Prælati non solum possunt facere circa leges, & pœnas latis, & impositas à Prælatis inferioribus, quidquid facere possunt ipsi inferiores circa prædictas leges & pœnas impositas à Superioribus; sed etiam possunt ipsi Prælati superiores restringere, & coarctare jurisdictionem inferiorum, quia Prælati inferiores pendent in suo esse à Superioribus, & sunt illorum subditi: talis verò restrictio, ut licitè fiat, petit justam causam. *Suarez 4. tom. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 2. n. 22.* quia quilibet Prælatus

habet jus utendi sua jurisdictione, & si illa
mutatur sine causa illi fit injuria.

XXII. Possunt Prælati regulares se soli ob-
sequere, subditos etiam in conscientia, ratione
obedienciae, per præcepta aut decreta, quæ
durant tempore sui officij, tamen jure
communi non possunt condere Leges, aut Sta-
tuta perpetua sine Capitulo, quia, ut docet *San-*
cti Thom. 1. 2. q. 90. art. 1. condere leges spe-
cialiter ad Communitatem, nam cum legis imposi-
tiones gravissima, utpotè perpetuò durans, re-
ferantur ad Communitatem, cui imponitur, consensum,
sine ipso nihil fiet, nisi sit aliquod privile-
gium, aut jus particulare alicujus Religionis.

XXIII. Possunt Prælatos regulares commuta-
re, facta ad unum usum in alium, tenent
tamen propter privilegia Ordini Minorum con-
cedita à Sixto IV. & Leone X. *Rodericus tom. 2.*
regular. q. 125. n. 9. sed quia hæc sunt vivæ
voces revocata, his temporibus sunt nul-
li momenti, tamen, quidquid sit, requireretur
maximè legitima talis commutationis, v. g.
iudicaretur à prudentibus, in casu extremæ
necessitatis eam fuisse testatoris mentem, solus
Papa potest ultimam testatoris mentem seu
voluntatem alterare. *Lezana sup. n. 39.*

XXIV. Possunt Prælati Religionum, Gene-
rales scilicet, & Provinciales, transferre subdi-
tos de uno ad alium locum, Generales de pro-
vincia

vincia in provinciam, Provinciales de uno ad alium Conventum, sicut Priores locales suos subditos de una ad aliam cameram, quia ex jurisdictione, quam habent quasi Episcopum in subditos, tum ex voto obedientiae hoc possunt, id tamen non possunt facere sine causa, quia hoc videtur esse contra charitatem, & bonum regimen Religionis, & si Generalis absque rationabili causa subditum transfert de sua provincia naturali in aliam, habet justam causam appellandi ad Sanctissimum, vel Protectorem, ita *Rodericus tom. qq. regular. q. 23. art. 3.* interim tamen debet obedire.

XXV. Prælati Religionum fuit alias licentiam concedere licentiam Religiosis legendi libros prohibitos, propter concessionem Sixti VII. Pij. V. & Greg. XIII. tamen hujusmodi facultates, quatenus attinet ad hæreticorum libros hæresin continentes, vel de Religione tractantes, revocantur per bullam Cœnæ Domini singulis annis legi solitam: siquidem in illa revocantur omnia privilegia, etiam Mendicantibus quomodolibet concessa; quoad alios verò etiam revocata sunt hujusmodi facultates à Gregor. XV. in bulla, *Apostulatus anno 1623. que habetur in 4. tom. Bullar. inter bullas hujus Pontificis. n. 40.* revocans prædictas licentias, concessas quibuscumque personis, legendi aut habendi libros prohibitos quomodolibet, quod & Urbanus VIII. similiter revocavit respectu quarumcumque personarum,

... tam seclarium, quam regularium, his
 ... cuiuscunq; gradus, status, conditionis, qua-
 ... prae eminentia, etiam speciali nota & mentio-
 ... tamen Peyrinis tom. 2. privileg. in con-
 ... a num. 9. dicit de praedictis
 ... Gregorij, & Urbani solam re-
 ... licentias particulares legendi huiusmodi
 ... non verò privilegia regularibus concessa;
 ... quia in praefatis constitutionibus revocan-
 ... concessae etiam per litteras Apo-
 ... & aliter quomodocunque, quo privile-
 ... entur etiam comprehendi; ideo securior
 ... prima opinio, & in praxi consulenda, licet
 ... opposita sit fortasse probabilior specula-
 ... tive, *Lezana sup. citatus*
num. 96.



CA-